



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XX. Markgraf Ludwig befreit die Stadt Müncheberg von dem Landgerichte,
am 29. Oktober 1348.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

Nos Ludovicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae marchio, Comes palatinus reny, Bauariae et Carinthiae dux, sacrique imperii archicamerarius, fatemur publice per presentes, Quod prudentibus viris Consulibus nostris ac ciuibus nostris vniuersis de Moncheberg presentibus et futuris vendidimus iusto venditionis contractu siluam köpernitz cum fundo, aquis et pascuis iusto proprietatis titulo possidendam cum omnibus suis limitibus et cum omnibus intra limites dicte siluae contentis. Fauemus quoque dictis nostris ciuibus presentibus et futuris, quod ipsi feras in dictam siluam aliunde eciam aduenientes foueant et ab incurfu et captura defendant, Renunciantes dicte siluae et attinentiarum eiusdem renunciatione debita et solempni. Proinde dicti nostri ciues nobis dederunt viginti marcas argenti, de quibus ipsos per presentes dicimus absolutos. In cuius rei testimonium nostrum Sigillum presentibus est appensum, Presentibus nobili viro domino Buffone, comite de Manfueit, domino Segero, preposito de Stendal, Hinrico, milite de Slaberndorf, Hermanno de Luchowe et aliis de nostra familia fide dignis. Datum Struzberg, Anno domini M^o. CCC^o. XX^o. octauo, in assumptione sancte Marie.

Predicta sub modis et formis superius tactis ita tenere volumus et inuiolabiliter obseruare. In cuius testimonium Sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes vero huius sunt Nobilis vir Guntherus, Comes in Swartzburg, strenuique viri Fridericus de Lochen, Vlricus Willebrandus, Berengerus Hele, marscalcus noster, et Wolfhardus de Satzenhouen, milites, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum in castris ante Vorstenwalde, anno domini M^o. CCC^o. XL^o. octauo, die Simonis et Jude apostolorum beatorum.

Nach dem Originale.

XX. Markgraf Ludwig befreit die Stadt Müncheberg von dem Landgerichte,
am 29. Oktober 1348.

Nouerint vniuersi tenorem presentium inspecturi, Quod nos Ludovicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae marchio, Comes palatinus reny, Bauariae et Carinthiae dux, sacri romani Imperii Archicamerarius, Tyrolis et Goricie Comes, nec non Trydentynensis, Aquilegiensis et Prichienensis ecclesiarum aduocatus, discretis viris Consulibus et vniuersitati Ciuitatis Moncheberg, fidelibus nostris dilectis, presentibus et futuris, gratiam fecimus specialem, quod pro excessibus suis quocunque modo committendis coram iudice terre non debebunt conueniri, sed in quo iudicio excessus committitur, coram huius loci aut districtus iudice debebunt et tenebunt tantummodo respondere. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes vero huius sunt Nobilis vir Guntherus, Comes de Swartzburg, strenuique viri Vlricus Willebrandus, Berengerus Hele, marscalcus, et Wolfhardus de Satzenhofen cum ceteris pluribus fide dignis. Datum in Vorstenwald, anno domini M^o. CCC^o. XL^o. octauo, feria quarta in crastino Symonis et Jude apostolorum beatorum.

Nach dem Originale.